

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXV

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

Sub lit. כ.

§. XXIV.

P. 97. Arabibus כּאֵר est *effodit fossam*, apud Hebræos etiam metaphorice est *declaravit, eruit sensum, explicuit*, quod cum fiat frequenti et intenso studio, in *Piel* hunc significatum tueretur, Deut. I, 5. et sicut apud Latinos *exarare, incidere*, idem est quod scribere, sic apud Hebræos כּאֵר in *Piel* idem significat Deut. XXVII, 8. Hab. II, 2. Hinc כּאֵר *puteus effossus, cisterna*, excipiendis aquis parata Gen. XXI, 30. et כּוֹר vel כּוֹר *puteus, fovea, et carcer* ex terra effossus, *subterraneus*, ut ex locis in Lexico citatis patet.

§. XXV.

P. 98. כּגֵר Apud Arabes כּגֵר etiam tegendi notione gaudere ex eo cognoscitur, quod ex eo formatur כּגֵר *tapetium*. Cumque *fraudes* tecte soleant et clam patrari, significat radix Hebræis, *perfidus fuit*. Hinc 1) כּגֵר a. *tegumentum, velum*, quo quid tegitur generatim, *speciatim vestis, pallium* b. *perfidia teste* patrata Ef. XXIV, 16. 2) כּגֵר idem, quod præcedit, sub b. vel *ingens perfidia* semper *perfade agens*, quod ostendit forma participii *benoni* in *Kal*, quod substantivum positum notionem *aoristi* exprimere videtur, id est, *actum continuum* nec *desinentem* Zeph. III, 4. 3) כּגֵר *perfidia habitualis*, ex forma Conjug. III. quoniam *Kamez* sub prima radicali immu-

immutabile est. Sed Jerem. III, 7. 10. *concrete* sumitur per metonymiam, significatque *habitua-liter perfide agens*, pro מְבַגְדָה מְבַגְדֵי מ, præformante per aphæresin ablato.

§. XXVI.

P. 99. בָּגַה Apud Arabes بَعَا speciatim est *adulterium commisit* uxor, in Conjug. IV. inde בגוי Adulter Hab. I, 5. Notionem adulteri autem huc quadrare ex eo manifestum est, quod vates ecclesiam judaicam sæpe sub imagine *adulteri*, vel *adulteræ*, vel *scorti*, et *meretricis* proponere solent, quod eorum, et earum indoles est, ut legitimum conjugem spernant, et alieno adhæreant. Hinc Act. XIII, 43. hoc vocabulum in plurali usurpatum per καταφρονηταὶ redditur a LXX. viris. Est vox mixtæ formæ ex *Piel* et *Kal*, illud ob sec. rad. geminatam, hoc ob *terminationem*, quam puto ex participio *Paul* formatam, vel desumptam esse pro בגוי.

§. XXVII.

בָּיַא p. 100. ex *Piel* 1, mendax, in falsis fingendis occupatus Ef. XLIV, 25. Jerem. L, 36. Hof. XI, 6. *concrete*, 2. mendacium, abstracte Ef. XVI, 6. Jer. XLVIII, 30. Job XI, 3. N autem tertiam radicalem prodit, in plurali ut otiosum omittitur.

§. XXVIII.

בָּרַר p. 102. Apud Arabes ברר *sparsit*, *dissimina-*